



JVVA JEHOVA.

THESIS I.



Ostquam Homo ad felicem sanctamq; in Paradiſo degendam vitam creatus, tristiſſimo lapſu à Deo, qui vitæ fonteſt, Pf. 36. 10. vitamq; in ſe ipſo habet, Job. 5. 26. defeciſſet, ſubito eum mors, & quicquid mortis nomine venire in Scriptura ſolet, inſaſit, vi comminationis, Gen. 2. 17. Miſertus Deus fuit miſerrimæ creaturæ, eamq; è mortis poteſtate vindicatam, denuò vitâ beare clementer voluit. Anima, in delictis ac peccatis mortua, Eph. 2. 1. ſic vivificatur, ut audiat vocem Filii Dei, etiam agens in corpore mortis, Job. 5. 25. Morbi, corpora infeſtantes, ordinante ſic Dei ſapientiâ, medicamenta jam ſunt, vel *pœna medicinales*. Corporalis mors non quidem ſublata, ſed Eſavo huic detracta ſic horrida larva truculenti vultus, ut nonniſi oſcula miſcens Jacobo, i. e. cuiſvis fideli, occurrat. Abrogabitur tamen omninò, ubi orietur ſecunda illa RESURRECTIO, in cujus *exiſtentiam & naturam* Σ. Θ. jam lubet, ſed pro temporis ratione, inquirere.

II.

Reſurrectionis noſtræ *exiſtentiam* in *Libro Natura poſſibilem*, *De reſur-*
in *Scriptura Libro certam* eſſe diſcimus. *reſurrectionis*
poſſibilem docent varii *exiſtentia*
ejuſ typi, in Natura conſpicui. De quibus Theophilus *Lib. I. ad poſſibilita-*
Autolycum: Deus plurium rerum argumenta ſuppeditat, quibus in-
credulitatem noſtram, quantum ad reſurrectionis negotium attinet,
propellat. Obſerva, niſi moleſtum ſit, temporum, dierum & noctium
interitum. An non & animalverus ut iſta & moriantur & reſurgant?
Quid præterea referam reſurrectionem fructuum & ſeminum, que
omnia noſtra utilitati ſerviunt? ſi enim granum, ex grano tritici aut reli-

A 2

quorum